

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Crux n

### cum fontibus proximo et primis

Crux est humilium inuicta tuicio, superborum deiectio,  
uictoria Christi, perditio dyaboli, infernorum destructio,  
celestium confirmatio, mors infidelium, uita iustorum  
de quo Iohannes Crisostomus:

Crux est Christianorum spes, crux Romanorum uictoria,  
mortuorum resurrectio, cecorum dux,  
conuersorum uia, claudorum baculus,  
pauperum consolacio,  
arbor resurrectionis, lignum uite eterne.

Cassiodorus super illud Psalmum IIII:  
Signatum est super nos et cetera.

Crux est enim humilium inuicta tuitio, superborum deiectio,  
uictoria Christi, perditio diaboli, infernorum destructio,  
caelestium confirmatio, mors infidelium, uita iustorum.  
De quo loco Ioannes Constantinopolitanae ciuitatis antistes,  
quasi multifarias definitionum stellas in crucis declamatione  
lampauit dicens:

*Crux est Christianorum spes crux Romanorum uictoria,*  
*crux mortuorum resurrectio, crux caecorum dux,*  
*crux conuersorum uia, crux claudorum baculus,*  
*crux pauperum consolatio* et cetera,  
quae ab eo in hunc modum diuina aspiratione profusa sunt.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 4.7  
(CCSL 97, M.Adriaen ed., p.60, ll.180-189).

Crux est enim humilium inuicta tuitio, superborum deiectio,  
uictoria Christi, perditio diaboli, infernorum destructio,  
caelestium confirmatio, mors infidelium, uita iustorum.  
De quo loco Ioannes Constantinopolitanae ciuitatis antistes,  
quasi multifarias definitionum stellas in crucis declamatione  
lampauit dicens:

- *Crux est Christianorum spes crux Romanorum uictoria,*  
*crux mortuorum resurrectio, crux caecorum dux, crux*  
*conuersorum uia, crux claudorum baculus,*  
*crux pauperum consolatio* et cetera,  
quae ab eo in hunc modum diuina aspiratione profusa sunt.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 4.7  
(CCSL 97, M.Adriaen ed., p.60, ll.180-189).

- ← *Crux Christianorum spes,*  
*crux resurrectio mortuorum, crux caecorum dux,*  
*crux desperatorum spes, crux errantium via,*  
*crux injuria affectorum vindex, crux claudorum baculus,*  
*crux consolatio pauperum....*

Pseudo-Chrysostomus, *In uenerabilem crucem*  
(PG 50, col.819).

- ...omnium malorum aversio, omnium bonorum datrix,  
*peccati destructio, arbor resurrectio, lignum vitae aeternae.*

Iohannes Damascensis, *De fide orthodoxa*, 84.3  
(E.M. Buytaert ed., p.302, ll.49-51).